Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



18
25

tristis incedo dum affligit me inimic?
Emitte
lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me dedux
erunt & adduxerunt in montem sanctum tuum: &
in tabernacula tua
Et introibo ad altare dei: ad
deum qui letificat iuventutem meam
Con
fitebor tibi in cytthara deus deus meus: quare tristis es
anima mea & quare conturbas me
Spera in deo quo
adhuc confitebor illi salutare vultus mei & deus meus
Deus auribus nris audivimus:
Eructauerunt
patres nri annuntiauerunt nobis
Opus quod
operatus es in diebus eorum: & in diebus antiquis
Manu
tua gentes disperdisti & plantasti eos: afflixisti
populos & expulisti eos
Nec enim in gladio suo pos
sederunt terram: & brachium eorum non saluabit eos.
Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio
vultus tui: quoniam complacuisti in eis
Tu es
ipse rex meus & deus meus qui mandas salutes ia
cob
Ante te inimicos nros ventilabimus: cornu
& in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis
Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non saluabit me
Saluasti enim nos de affligentibus nos:
& odientes nos confusisti
In deo laudabimur tota
die: & in nomine tuo confitebimur in secla
Nunc
autem reppulisti & confusisti nos: & non exibis deus in
virtutibus nostris
Auertisti nos retrorsum per
inimicos nros: & qui oderunt nos diripiebant sibi
Dedisti nos tamquam oves escarum: & in gentibus
dispersisti nos
Vendidisti populum tuum sine precio
& non fuit multitudo in commutationibus eorum
Posuisti nos obprobrium vicinis nris